



22132971

**LATÍN**
NIVEL SUPERIOR
PRUEBA 1

Jueves 2 de mayo de 2013 (tarde)

1 hora 30 minutos

Número de convocatoria del alumno

| | | | | | | | | |
|---|---|--|--|--|--|--|--|--|
| 0 | 0 | | | | | | | |
|---|---|--|--|--|--|--|--|--|

Código del examen

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 2 | 1 | 3 | - | 2 | 9 | 7 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- Escriba su número de convocatoria en las casillas de arriba.
- No abra esta prueba hasta que se lo autoricen.
- Traduzca el Texto 1 o el Texto 2 en los espacios provistos. Cada texto vale [175 puntos].
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es [175 puntos].
- Se permite el uso de diccionarios en esta prueba.



0108

Traduzca el Texto 1 o el Texto 2.

Traduzca al español la sección del pasaje indicada entre asteriscos. En la página opuesta se encuentra la traducción del resto del pasaje.

Texto 1

Cicerón intenta convencer a los jueces de que Milón mató a Clodio en legítima defensa.

insidiatori vero et latroni quae potest inferri iniusta nex? quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret.

* est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti,
5 non instituti sed imbuti sumus, ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim et in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. silent enim leges inter arma nec se exspectari iubent, cum ei qui exspectare velit ante iniusta poena luenda sit quam iusta repetenda. etsi persapienter et quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, quae non hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat, ut, cum causa,
10 non telum quaereretur, qui sui defendendi causa telo esset usus, non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur. *

quapropter hoc maneat in causa, iudices; non enim dubito quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id meminertis quod oblivisci non potestis insidiatorem interfici iure posse.

Cicerón. *Pro Milone* 10–11



Texto 2

El dios-río Aqueloo relata cómo fue derrotado por Hércules en un combate de lucha.

digredimur paulum rursusque ad bella coimus,
 inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque
 cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus
 45 et digitos digitis et frontem fronte premebam.
 non aliter vidi fortes concurrere tauros,
 cum pretium pugnae toto nitidissima saltu
 expetitur coniunx: spectant armenta paventque
 nescia, quem maneat tanti victoria regni.

50 * ter sine profectu voluit nitentia contra
 reicere Alcides¹ a se mea pectora; quarto
 excutit amplexus adductaque bracchia solvit,
 impulsumque manu (certum est mihi vera fateri)
 protinus avertit tergoque onerosus inhaesit.
 55 siqua fides neque ficta mihi nunc gloria voce
 quaeritur, inposito pressus mihi monte videbar.
 vix tamen inserui sudore fluentia multo
 bracchia, vix solvi duros a corpore nexus;
 instat anhelanti prohibetque resumere vires,
 60 et cervice mea potitur. tum denique tellus
 pressa genu nostro est, et harenas ore momordi.
 inferior virtute meas divertor ad artes,
 elaborque viro longum formatus in anguem.
 qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes
 65 cumque fero movi linguam stridore bisulcam,
 risit et inludens nostras Tirynthius² artes
 “cunarum labor est angues superare mearum”
 dixit *

“et ut vincas alios, Acheloe, dracones,
 pars quota Lernaeae serpens eris unus echidnae?
 70 vulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum
 de centum numero caput est inpune recisum,
 quin gemino cervix herede valentior esset.”

Ovidio. *Las Metamorfosis* 9.42–72

¹ Alcides, ae: Alcides, apelativo de Hércules, nieto de Alceo

² Tirynthius, a, um: Tirintio, apelativo de Hércules derivado de Tirinto, la ciudad donde vivió muchos años



No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



0608

No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



0708

No escriba en esta página.

Las respuestas que se escriban en esta página no serán corregidas.



0808